

tatores ad *cap. vn. de Regal.* adeo quidem vt Baldus hic *num. 1.* dicat, *omnes portus ad regem pertinere*, et CAEPOLLA *de S. R. P. cap. 28. num. 2. vers. hodie &c.* adferat, vt flumina, sic portus iure communi esse principis, quod confirmat THOLOSAN. *l. 9. de rep. cap. 1. num. 27. et l. 3. syntagm. pag. 1. cap. 14. num. 7.* vbi dicit: Portus etiam publici et regii iuris esse; vnde nulla valere potest hic praescriptio, nullum priuatorum priuilegium, quoniam obreptitiae impetratum in praeiudicium principis censetur, nulla inueterata consuetudo. Principi soli competit portuum iurisdictio, qui illorum vsum aliis recte et libere concedit, ast supremae iurisditionis effectus sibi summo iure reseruat et vindicat, nec scio, apud vllos contrarium obseruari, nam Hispaniae, Galliae reges, Venetorum, Genuensium, Batauorum resp. comiter concedunt liberum portuum vsum cuiuis, ast priuato credo nulli iurisditionem portus concedent. Vide, quae tradunt ROSENTHAL. *cap. 5. conclus. 21.* BORCHOLT. *Regal. num. 41.* VVLTEI. *d. F. cap. 5. num. 7.* BORT. *de nat. mai. concl. 44.* SIXTIN. *l. 2. de Reg. ii. num. 4.* CUIAC. et HOTOMAN. *ad c. vn. quae sint regalia* et GOEDD. et BRECHAEVS *ad l. 17. ff. de V. S.* CAMMAN. *de regal. disp. 7. th. 46. seqq.* ARNIS. *l. 2. de iurib. mai. cap. 5. num. 3.*

CAPVT III.

DE VECTIGALIBVS, PORTORIIS, RIPATICIS.

S V M M A R I A.

1. Diuisio vectigalium.
2. De vectigalibus flumiaticis.
3. Haec nemo proprio ausu instituere potest.
4. De omnibus mercibus pedagium soluitur.
5. Nisi priuilegiatae sint res.
6. In quo monetae valore vectigal solui debeat.
7. De vectigali maritimo.
8. Summo iure eiusmodi vectigalia exiguntur.
9. Portoria antiquitus quid denotarint.
10. Et illa aequissimo iure percipiuntur.
11. Ripatica pro transitu riparum praestanda.
12. In feudis diuersimode accipiuntur.
13. De erectione der Backen vnd Tonnen.
14. Item der Leuchten vnd Feur-Thürmen.

Iiii

Vecti-